

mit iren wissen vnde willen sêtzen sullen zeubefelen, vnd befelen yn ouch in crafft disses briues, das sie biß an die summe vnserm capittelle das subsidium inlegen vnde entwerten sullen vnde keyns do von andirswo. Ouch ab wir yn das gebotin thun adir gebin, dye egenante summe sy denne vor genzlichen vnserm capittell geleet vnde bezalt, vnde ab wir anders tetin ader thun weldin, so sullen vnser capittell macht haben vns das subsidium nicht vorwillen noch zeugeben von vnser pfafheit zeuheischen ader zcnemen, vnd ap sie vns das also adir in eyner anderwise denne hynderten, des sullen wir sie nicht vordencken. Das zeuorkunde habin wir dissen brieff gegeben zeum Stolpen vorsigilt mit vnserm großen angehangen ingesigill nach Cristi geburt virezenhundert iar darnach in dem sebinvnddrisigisten iare am dornstage vor Lucae dez heiligen ewangelisten.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 969. 1438. 11. u. 14. Juli.

B. Johann und das Capitel beschliessen die Abänderung mehrerer Artikel der Statuten.

Johannes dei gratia episcopus Misnensis ad perpetuam rei memoriam. Ex iniunctae administrationis nostrae debito ea confirmationis convenit per nos patrocinio communiri, quae ad utilitatem ecclesiarum provide sunt instituta et eo fortius, quo sollicitudinis nostrae vigilantiae incumbent eadem praesertim cum capitulo nostro statuenda. Recensitis igitur nonnullis ordinationibus per venerabiles nostros praepositum decanum et generale capitulum apud ecclesiam nostram in vigilia sanctorum Petri et Pauli cum continuatione sequentium dierum celebratum utiliter et consulte editis, eadem pro statutis perpetuis futuris temporibus observandis, ratione praevia mature digesta sublatis prius nostra auctoritate statutis et observantiis contrariis duximus approbanda, approbamusque et confirmamus harum quibus inserta sunt testimonio et auctoritate litterarum, quarum tenor per omnia sequitur et est talis: Cum ea quae antiquitas, quae veneranda est, pro consuetudine aut per statuta laudabiliter introduxit, nonnunquam nisi poenarum adiectione stabilita aut levitate contempnuntur aut non sine dispendio tam ecclesiarum quam contravenientium improvide violantur, proviso igitur per nos, Casparem de Schöneberg, decanum totumque capitulum ecclesiae Misnensis iuxta consuetudinem et observantiam ecclesiae nostrae in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum generaliter congregatum et interessentibus omnibus et singulis, qui secundum statuta et consuetudines ecclesiae eiusdem pro generali capitulo interesse debuerunt apud eandem ecclesiam in loco solito iuxta morem solempniter celebrato super nonnullis casibus dubiis circa observationem certorum statutorum et consuetudinum ecclesiae nostrae interpretandis et declarandis aliisque prout necessario circa emergentia de novo expedire videbatur suadente aequitate faciendis ac distringendis cum rigore culpae eorum, qui aut lata negligentia aut praesumptionis audacia observantias debitas aut laudabilia instituta duxerunt prophananda, recensitis itaque nonnullis editionibus antiquis et seniorum relatibus plurimum ad